



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXXVIII. Corana Clusæ. De eadem materia, An Domini, &
possessores agrorum, & prædiorum apertorum seu campestrium, possint
ea cum muris, & sepibus, vel foveis recingere in præjudicium juris ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-74102)

62 DE SERVIT. AD MAT. IVRIS PASCENDI DISC. XX XVII.

convertant juxta communiter receptam doctrinam
 Covarr. d. cap. 37. num. 4. cum sequen. & ita distinguendo habetur apud Barbat. de divis. fructuum par.
 1. cap. 6. num. 55. & sequen. Antonell. de tempore
 legali cap. 110. num. 4. cum alijs in Corana disc. sequen. Quoties tamen haec immutatio non est nota-
 bilis, atque provenit ex justo motivo convertendi
 rem in alium usum magis utilem, ac omnino diver-
 sum, puta reducendi ad vineas, arboreta, vel ca-
 nieta cum similibus. Secus autem si non immutata
 natura bonorum, seu specie culturae, in notabili
 quantitate idem ager sepiibus, muris, vel foveis re-
 cingeretur ad effectum ibi tacite faciendo bannitam
 seu defensam ipsiusmet herbae naturalis, quod pra-
 ter moderatum usum pro animalibus propriis fieri
 non potest juxta distinctionem, de qua in d. Co-
 rana disc. sequenti; Atque ita intelligenda venit dicitur
 conclusio de impedita facultate Dominorum
 immutandi formam seu culturam agrotum & praediorum
 in præjudicium Communitatæ, vel Baro-
 nis, seu particularium habentium jus pascendi, vel
 respectivè assidandi, quoniam haec, ut supræ, non
 est formalis & vera servitus, sed solùm facultas u-
 niversalis in bonis campestribus, & non impeditis,
 & quam facultatem quandoque cives voluntariè si-
 biipsis adimere solent, eam transferendo in ipsam
 Communitatem ad effectum, ut ex pretio herbae
 & pascuum per ipsosmet cives vel alios emendorū onera publica, & communiativa sup-
 portari valeant juxta casum decisionis 197. Franchi:
 cum concordantibus, quo casu dicuntur potius quædam species collectæ, quam ita insensibiliter sibi
 ipsis cives & incolæ imponunt, ut in Spoletoana hoc
 solum tit. disc. 41. & in aliis.

Hinc proinde advertebam, inanem fuisse labo-
 rem & impeniam super formalis probatione immem-
 orabilis cum dictis rigorosis requisitis; Tum
 quia hujusmodi consuetudo tanquam conformans consuetudini ferre universali ut supræ, & ac
 etiam naturali rationi & facultati, favorabilis potius
 censenda est, quam odiosa, ideoque non regulanda
 cum dictis rigorosis terminis odiosa servitus;
 Tum etiam quia non erat de hoc quæstio, quoniam
 possessores dictæ tenetæ seu casalis non contro-
 vertebant dictam civicam facultatem pascendi,
 quoties territoriorum continua set in ejus consueta
 cultura ad segetes seu fruges, & consueto statu a-
 perto seu campestri, sed erat, an ris impediri posset
 facultas immutandi sci sua statum.

Dicebant aliqui ex ciyibus seu boatteriis præ-
 satam Universitatem constituentibus, stante an-
 gustia territorii campestris, & idonei ad pascua su-
 menda, dum magna pars destinata esset vineis & vil-
 lis quod in hujusmodi tenetis, & agris in hoc statu
 retentis, inducta videbatur ex antiqua consuetidine
 pro beneficio annona & agriculturae quædam
 necessaria servitus, quæ impeditet statutus immuta-
 tionem alias tentatam & impeditam; Ad quod al-
 legabant, nedum communem famam & tradicio-
 neam, sed etiam dicebant id probari ex discreto ter-
 ritoriorum & bonorum pretio, quod scilicet terri-
 toria sepiibus & muris recincta, seu alias ad hoc jure
 pascendi exempta, & in pleno ac libero possessorum
 dominio, etiam quoad herbas, valerent ad rationem
 scutorum 300. pro qualibet rubro; Econversò autem
 ista hujusmodi servitatem habent, effent valoris di-
 midiat ad rationem scutorum 150. quod videtur mag-
 num servitutis adminiculum, quoniam nullatenus
 probabile est, quod possessores & Domini tam di-

uturno tempore id negligere voluerint, ob adeo
 notabile lucrum, seu valoris augmentum, nisi ob
 hanc servitatem impediti fuissent, juxta ea, que
 in proposito proximè ponderantur in Ianuen. & in
 Firmana disc. 2. & 3. cum similibus.

Et magis ad rem supponbant ipsosmet de Bar-
 tolis seu eorum auctores emissi hujusmodi territo-
 ria ad hanc minorem & dimidiatam rationem cum
 dicta narrativa, seu assignatione causa diminutionis
 valoris, ob hoc jus pascendi competens Communi-
 tati seu civibus, quodque alias agricultura nota-
 bile detrimentum vel diminutionem pati cogere-
 tur; Et quando haec bene ac legitime justificata es-
 sent, ista oppositio videretur probabilis, quoniam
 juxta ea, quæ habent in Nepesina disc. 25. & in aliis
 ita resultare videtur quod dominium privatorum
 contineat potius quandam speciem colonia se re-
 strictionem ad solam culturam & perceptionem
 fructuum industrialium, dominio fructuum naturalium
 alteri competente, & sic magis jure dominij
 residentis penes ipsam Communitatem, quam jure
 servitus: sed purius erat, quod haec dicebantur
 & non probabantur.

Et cum hac distinctione sepius confutus ex parte
 Baronum seu Dominorum habentium jus ven-
 dendi pascua & assidandi in universo territorio ca-
 stri seu loci. An particulares possidentes terras &
 agros, immutare possent consuetum statutum, plan-
 tando vineas, arundinetas, vel arboreta in præju-
 dicium dictorum pascuum, quæ ita diminutio-
 nem patiuntur, Respondere confueci, quod aut su-
 mus in casu, quo Baro seu Dominus habeat hoc jus
 ex consuetudine seu præscriptione tanquam effec-
 tum baronie & jurisdictionis, eo modo quo fre-
 quenter idem jus Communatates habere solent &
 tunc non possit impeditre, quoties immutatio non
 sit excessiva; & in fraudem ut supra, sed moderata,
 & ex iusta causa. Aut sumus in casu, quod Domini
 id habeat jure dominij, & quia nempe habendo
 plenum & utilitarianum dominium totius territorij,
 concesserit civibus & incolis ejusdem territorii
 partem ad culturam segetum, & ad fruges colligen-
 das, retento pro se dominio herbarum & pascuum
 juxta deducta in Amerina disc. præced. & tunc
 secus, quoniam possessores tunc habere dicuntur
 dominium limitatum ad illum ipsum, quem immu-
 tare non possunt in præjudicium Domini qui sibi
 hunc alium fructum reservavit, ut adverteritur in de-
 cisionibus Clusin. coram Mantica, de quibus dicta
 disc. præcedent.

C O R A N A

C L V S A E

P R O

B V T I I S

C V M

C O M M U N I T A T E C O R A

Casus disputatus in Congregatione particulari, & resolutus ut infra.

*De eadē materia. An domini, & possessores
 agro-*

DE SERVIT. AD MAT. IVRIS PASCENDI DISC XXXVIII. 63

agrorum, & prædiorum apertorum seu campestrium, possint ea cum muris, sepibus, vel foveis recingere in præjudicium juris pascendi competentis Communatæ vel civibus.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
Prohibitum est Dominis vel Communatibus facere bannitas vel defensas in præjudicium civium.
- 2 Dominus fundi servientis non potest illius statum immutare in præjudicium habentis jus pascendi.
- 3 Quilibet potest disponere pro libito de rebus suis.
- 4 Licetum est proprios agros vel fundos cum muris vel sepibus claudere, & numer. 8.
- 5 Declaratur conclusio de quan. 3.
- 6 Quo jure Communitas vel Baro habeat pascua exuberantia, & quis eorum habeat in eis intentionem fundatam.
- 7 Declaratur conclusio de qua numer. 5. Et quando privatis vel Communatati licet reservare aliqua pascua se in facere reclusas.

D I S C. XXXVIII.

Cum fratres de Butiis multa bona possidentes in territorio Corano, certam terræ qualitatatem, partim cultivam, partim vero silvestrem in montanea per eos possestam, pro tutori & commodiori pastura eorum animalium, ne alii pateret accessus, cum muro seu macerie clausissent, illa Communitas habens in eadem montanea jus affidandi animalia exterorum in pascuis, putans id esse sibi præjudiciale, criminaliter eos accusavit de publicorum bonorum usurpatione. Atque desuper deputata per Papam particulari Congregatione, agnita per istam incongruentia actionis criminalis, mandatum fuit videri de puncto civili, An scilicet licuerit dictam clusam facere, eamque liceat retinere in præjudicium civium & incolarum habentium jus pascendi, & Communatatis dominæ pascorum exuberantium usum civium, ac affidantis animalia exterorum.

Et si sumpta desuper disputatione, scribentes pro Communitate, ac aliis ei adhaerentibus, principaliiter insistebant in prohibitione, qua in jure habetur, etiam in ipsis Baronibus seu Dominis, ac Communatibus, faciendo hujusmodi clusas, seu referationes, qua in Italia alicubi bannitas & alicubi defensæ nuncupantur, ad tradita per Covarr3 quem omnes moderni in hac materia magistrum agnoscunt, praedicar. q.c. 37. Capobl. de Baron. t.1. pragm. 11. & to. 2. c. 74. & 75. Novar. de grav. vasallor. p.1. gravam. 33. apud quos ceteri. Licet enim dicta prohibitio magis fundata videatur in legibus municipalibus Hispaniarum vel regni Neapolitani, de quibus allegati auctores loquuntur, attamen id etiam in iuriis dispositione, vel ratione fundatum videtur.

Et his addebat generali propositionem, de qua frequenter in præcedentibus, præsertim in Tusculana disc. præced. ut Dominus fundi servientibus non possit illius culturam mutare, seu alia illius statum alterare, unde propteræ impeditur usus pascuum habenti servitatem juris pascendi, quod in specie respectu præjudicij resultans Communatibus, qua sint Dominae Cardini de Lne de Servitutibus.

pascuum, seu habeant jus affidandi advertitur per Cohea. ad Bullam boni regiminis cap. 50. num. 198.

His tamen non obstantibus, cum sensu etiam veritatis, dicebam scribens pro Butiis, injustam maleficam fundatam esse hujusmodi prætensionem, forte ab aliquibus emulis sub Communatatis nomine excitatam; Quoniam juris regula assistit rei Domino, ut illa pro libito uti valeat ex vulgaris axiomatica deducto ex textu in l. re mandata C. mandati, cum concord. plene collectis per Barbos, axiomate 199. num. 1. quod quilibet est rei sue moderator & arbiter.

Et in specialibus terminis, quod cuilibet licetum sit proprium ac privatum fundum muro, macerie, & vel sepe recingere, est textus expressus in l. per provincias Cod. de adif. privatis, & absolutum supponitur apud Covar. dicto cap. 37. num. 4. cum sequen. ubi de facultate pascendi in alienis fundis & prædiosis apertis & campestribus, nullam muri, sepi, vel fovearum claustram habentibus, ac ceteris allegatis habetur apud Sess. dec. 74. Capoblan. de Baron. dicto tom. 1. pragm. 1. num. 32. & sequen. & tom. 2. cap. 74. n. 8. cum sequen. & num. 11. & conferunt deducta per Novar. dicta par. 1. gravam. 34. & 35. ac firmatum fuit per Congregationem boni regimini in Tusculana de qua supra disc. præced.

Respondendo autem ad objecta, quatenus pertinet ad secundum super prohibitione Domini fundi servientis, alterandi illius statum in præjudicium ejus, qui habeat servitatem juris pascendi, deducebam eadem, qua habentur in dicta Tusculana disc. præced. quod scilicet hec non est privata & formalis servitus, quam unum prædiuum alteri prædio seu personæ debeat, in quibus terminis dicta conclusio procedit, sed, excepto casu, in quo Communitas possideat pascua jure dominii, ita ut dominium privatorum restrictum sit ad solam culturam & fructus industriales, dicitur solum facultas ex quadam fore universalis consuetudine innixa juri securitati naturali, per quam civibus jure civico conceditur post secatas segetes seu recollectos fructus, ita ut neque illis, neque eorum præparacioni seu cultura præjudicetur, pascua indeterminata sumere in universo patro territorio campestri & aperto, tanquam ex cessante impedimento murorum vel sepium, denotantium fundum ad pascum destinatum non esse, sed ad aliquam meliorem culturam; Unde propteræ hujusmodi innovationem faciens in ejus terris & agris, dicitur uti jure suo, suaque naturali facultate ad propriam utilitatem, qua principaliter spectanda est, non curato accessorio seu consecutivo præjudicio extendendæ alteri resultante ad regulam defumptam ex vulgaris textu in lege altius Cod. de servitutibus, & aqua, de qua in proposito edificantis in suo, atque altius domum propriam extollentis habetur supra disc. primo & 2. & frequenter; Ideoque manifestum erat aequivocum applicandi huic casui ea, qua in jure habentur circa prohibitionem Domini fundi servientis non parandi præjudicium habenti hanc servitatem, cum revera isti termini non intrent, Jus autem Communatatis vel Domini circa pascua exuberantia post usum civium, & successivæ circa affidationem animalium exterorum, pariter non importat formalem servitatem in ipsis prædiosis, sed jure subrogationis in locum civium deficientium, seu illorum qui ob parentiam animalium non habent participationem hujus civicæ & naturalis facultatis, obtinere dicuntur

hæc exuberantia pascua tanquam bona nullius, & in quibus quæstio cadit inter DD. quisnam potius fundatam intentionem habeat, an scilicet Baro, vel Communitas ex iis, quæ insinuata habentur in Co-maclem, vallum sub tit. de feudis dis. 2. & in Cu-sentina sub tit. de juris dict. dis. 48. & in aliis.

Majorem difficultatem faciebat primum objec-tum super prohibitione, quam ipsomet Dominus, & Communitas regulariter habent absque consen-su civium interessatorum, scilicet alia iusta causa facero hujusmodi clausas, seu bannitas & defensas ut supra, unde propterea esset permittere privatis id quod ipsi Domino vel Communitatì prohibitum est.

Pro hujusmodi objecto solvendo dicebam, etiam cum sensu veritatis, dictum argumentum esse verum, rectèque procedere, quando aliquis privatus id facere vellet ad industriam, quia nempè ita proprios fundos clauderet, ut bannitam seu defensam in substantia faceret, ad effectum custodiendi & reservandi herbas, ut eas cum jure privativo aliis venderet, ibique exterorum animalium introduceret, & in his terminis, atque ex ista ratione verè procedunt omnes auctoritates, quæ desuper habentur; Secùs autem ubi ex prudenti œconomia & industria id fieret, ut exinde majorem fructum ex bonis suis aliquis percipiat, curando ita proprios fundos seu agros recingere & custodiare, ut pro animalibus propriis commodi & meliora pascua habeat in rebus suis, cum id nullo jure prohibitus videatur; Unde propterè apud allegatos, per quos dicta prohibitiō firmatur, receptum est fieri posse aliquas reservationes ex iusta causa, puta pro herba bovum, eosdem agros seu fundos colere debent, vel ovium & caprarum, quæ eos itercorare debent, & quæ reservata vulgo mezzane in Apulia aliisque regionibus dici solent.

Nam etiam generaliter firma remanente dicta prohibitione bannitarum, seu defensarum, conceditur jus faciendi has reservationes seu mezzanas pro bovinis aratoriis & favore agricultura tanquam ex causa publica, prohibendo, ne ibi oves, sues, equi & alia animalia depasci possint, ut ex dicto magistro Covarr. dicto cap. 37. habetur apud sej. di-cta dec. 74. Capob. dicta pragm. II. tom. primo ex num. 32. Novar. dicto trait. de gravam. par. I. gravam. 34. ubi etiam gravam. 35. de facul-tate privatorum faciendi mandras & reclusa pro custodiendis animalibus à lupis vel latronibus cum similibus; Et quando non haberemus auctoritates, id clare comprobaret naturalis ratio, & communis usus, quoties hac omnia moderatè fiant, & ex iusta causa, & probabili motivo, ita ut non sit facere defensas seu bannitas per indirectum, ideoque ut frequenter in aliis hoc e-deret. iste dicuntur questiones facti potius quam juris, ex singulorum casuum particularibus circumstantiis, prudentis judicis arbitrio deciden-dæ; Praefens autem causa, quod sciām, non fuit formiter decisa, sed mediante quodam honesto temperamento, finem potius insensibilem habuit.

**

PORTUEN.

JURIS PASCENDI

PRO

DUCISSA LATERE,

CVM

COMMUNITATE CASTRI NOVI

Casus disputatus in Camera, & coram Guber-natore Castri novi respectivè, & resolutus in infra.

De jure pascendi competente Communi-tati vel civibus in terris & prædiis pri-vatorum, Et an possint simul stare quod dictum jus sit Baronis, & Domini loci, & tamen quod Communitas pro majori pretio pascua vendat;

An posito dicto jure pascendi possint parti-culares Domini terrarum & prædiorum immutare eorum statum, eaque reduce-re ad culturam, sive ad prata pro scenis colligendis, ac tali casu prohibere pascua.

SUMMARIUM.

- 1 F. Acti series.
- 2 Distingatio questionum.
- 3 Ius sumendi pascua intelligitur post secatas segetes, & recollectos fructus.
- 4 Fænum est in fructu, & prata dicuntur esse in cultura.
- 5 Non potest immutari status bonorum in prejudicium habentium in eis ius pascendi.
- 6 Non dicitur innovare, qui antiquum statum restituit.
- 7 Datur distinzione plurimæ casuum super conclusione, de qua num. 5.
- 8 Quæ differentia sit inter culturam terrarum ad usum serendi, & alteram ad usum fani & pratorum.
- 9 Quando in prejudicium juris pascendi communi-tati immutari possit rerum usus.
- 10 Servitus non presumitur, ideo intentans negati-vam super libertate dicuntur habere intentionem fundatam.
- 11 An prescriptio hujus servitus debeat esse imme-morabilis.
- 12 Baro Dominus pascuorum potest prohiberi, ne vendat exteris, sed ea concedat civibus pro-prietio inalterabili.
- 13 Pascua civibus competentia possunt eisdem de-orum consensu prohiberi, ut ita alijs publicis o-neribus consulatur.

DISC. XXXIX.

Cum per obitum N. Columnæ absque prole masculina, Camerales prætenderent fa-cutum esse locum devolutioni feudi Ca-stri